Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



lxix

69

uelaton. et Sanctus. et Agnus
dei. Simplici melodia dicen-
t abusq;. Gloria in excelsis sicut p
tota xl a. diebus diebus. coll.
Omnipotens sempiterne deus qui
humano generi ad imi-
tandum humilitatis exemplum
saluatorem nostrum carnem sum-
ere et cruce subire fecisti
concede propitius. ut et patien-
tie eius habere documen-
ta et resurrectionis consortia mere-
amur. P. Ad philippenses.
Fratres: Hoc enim sentite in
uobis: quod et in xpo ihesu:
Qui cum in forma dei esset
non rapinam arbitratus est
esse se equalem deo: sed semet
ipsum exinanuit formam
serui accipiens in similitudi-
nem hominum factus et habitu inuen-
tus ut homo. Humiliauit semet
ipsum factus obediens
usq; ad mortem: mortem autem
crucis. propter quod et deus exalta-
uit illum. et donauit illi no-
men: quod est super omne nomen. ut
in nomine ihesu omne genuflecta-
t celestium terrestrium: et infernorum.
Et omnis lingua confitea-
tur. quia
dominus ihesus xpus in gloria est dei
patris. G. Tenuisti manum
dexteram meam in uoluntate tua edu-
xisti me et cum gloria assumpsisti me.
V. Quam bonus israel deus rectis cor-
de mei autem pene mouti sunt pedes
pene effusi sunt gressus mei quia ze-
laui in peccatis pace peccantes uidens.
Deus deus meus respice in me
me quare me dereliquisti. V. Longe
a salute mea uerba delictorum meorum.
V. Deus meus clamabo per die
nec exaudies et nocte et non ad in-
sipientiam michi. V. Tu autem in sa-
nctis laus israel. V. Sunt spauerunt
ubi non spauerunt et liberasti eos.
V. Ad te clamauerunt et salui fa-
cti sunt in te spauerunt et non sunt con-
fusi. V. Ego autem sum uermis et non
homo oppprobrium hominum abiectio ple-
bis. V. Omnes qui uidebant me a
spernabant me locuti sunt labiis
et mouerunt caput. V. Speranuit
in domino eripiat eum saluum faciat
eum quoniam uult eum. V. Spe in deo sicut
exaudiuit et inspexit me diui-
serunt sibi uestimenta mea et su-
per uestem meam miserunt sortem. V.
Libera me de ore leonis et a cornu
bus unicornium humilitatem meam. V.
Qui timetis dominum laudate eum
uniuersi semen iacob magnifica-
te eum. V. Annunciabitur domino gene-
ratio ventura et annunciabunt
celi iustitiam eius. V. Dicite quia na-
sci quem fecit dominus. Ministri et
clerus ac populus teneant pal-
mas in manibus usq; ad offer-
ad musicam palmas eo quod ibi
passiones legere incipimus